



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

4. Dies Septembris. Quis, ei de sæculo est timor; cui in sæculo Deus est tutor? S. Cyprianus de orat. Dom.
- 
- 

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

698 Christiani Militis. Septemb  
bere voluptati, ac dolori: aspernatur mollia; & dul-  
cia optat acerba, & aspera corpori; memor illius:  
*Spiritus indè perit, dum corpus dulcia querit.*

4. DIES SEPT E M B R I S.

Quis, ei de sæculo est timor; cui in sæculo Deutel-  
tutor? *S. Cyprianus de orat. Dom.*

Fiducia I.  
in De-  
um:

**E**cce hîc pulcherrimæ Matri, pulcherrima filia, firma in Deum fiducia; quæ ex gremio fortun-  
dinis prodit, ut qualis, quanto  
que sit, omuibus prodat. Hâc fretus homo, qui ei  
nihil, nihil non potest. Salomon, inter alia sapientiæ Divinæ placita, & prudentiæ monita, sic infat:  
(a) *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo.* Vi-  
debat hanc suam doctrinam in terris passim con-  
temni, & dolebat; cum indè in mores, incommoda-  
non levia; in mentem, error; in Intellectum, caligo;  
in Religionem nævi importarentur. Sciebat Reges,  
& purpureos Dynastas legionibus bellatorum en-  
Etos exultare solere, de Numinе parum sollicitos. Vi-  
debat mercatores in industria sua spem omnem, &  
fiduciam reponere; doctos ingenio; militem equo,  
aratem fundo; nautam velo; perjurio incastum;  
fraudi, & astutiæ litigatorem; mechanicos, & sellu-  
larios artificio tantum suo fidere. Hinc oriri conti-  
minatum vitæ genus, cœcum amorem sui, Dei obli-  
vionem, ingratæ mentis, vitium, & non ferendam  
impietatem. Nam ex hoc fonte, vana superstitione,  
& novorum Deorum satus profluxit; dum quisque  
id Numinis habet loco, cui præcipue fudit, illudque

(a) *Prov. 3.5.*

reveretur. Itaque, Hetrūci Tyranni, hastam pro D̄o colebant; cuī insigni in humanitate, cruore morientium, & internecione pascerentur: in hasta igitur, cæte*is* que belli instrumentis fiduciam suam collecabant. Eandem ob causam nonnulli acinacem coluere ut salutis fidum præsidium: multi, aurum, alii, res alias, quas sibi utiles persenserant: qui cum Divina providentia facto diuortio, Deum, res suas sibi habere jubebant.

II. Hæc cùm Salomon divinitus intelligeret, velut ex alto mundi tholo, & suggesto clamat. *Habefiduciam in Domino, &c.* Aureum planè eloquentiæ flumen profluxit ex aureo illo ore, cùm hæc diceret; exponens illa Davidis verba: (a) *Deus noster refugium, & virtus; quasi diceret: ne mihi dixeris, arma, muros, & fossas; nec pecunia copiam, nec rei militaris scientiam, nec equorū multititudinem, nec arcus, sagittas, & loricas, nec sociorum vires, nec militum phalanges, nec robur corporis, aut hostis experientiam: sunt enim, hæc omnia, aranei tela, & umbra imbecilliora.* Sed, si velis videre copias expugnabiles, refugium insuperabile, præsidium, quod non diripi; turram, quæ labefactari non potest; ad Deum confuge. Propterea non timebimus; dum turbabitur terra &c. Etsi videamus confusa; et si perturbationē planè intolerabilem; et si ea omnia evenire, quæ nunquam facta fuerunt; et si ipsam, ut ita dicitur, creaturā cum seipso collidi, & illius natura terminos moveri, Omnia ex ipsis convelli fundamentis, & prima elemēta confundi; non modo non vincemur, sed ne timebimus quidē. Nonnè hujus veritatis præco, est prædicta tesseræ? Quis, ei inter omnia etiam timenda, potest esse

timor;

(a) Chrysost. in ps. 45.

700      *Christiani Militis*      Septemb  
timor; ubi Deus inter omnia, & contra omnia est tu  
tor? firma in Deum fiducia, exi capiti tuo gale,  
pectori lorica, dexteræ gladius, sinistræ clypeus. Et  
ris hâc comite inter omnia pericula tutus, contra  
omnia fortis.

III. Ad concipiendam Heroicam in Deum f  
duciam, plurimum confert attenta consideratio  
jus in nos amoris, curæ, providentiae: amat nos, ut  
oculos suos. Ita de eo Moyses: (a) *Circumdu  
eum?* & custodivit, quasi pupillam oculi. In hac vita  
nihil nobis carius, aut pretiosius oculis: ipsa natura  
hoc docet; quæ oculos, ut lucentes gemmas, velute  
burneo in tabernaculo reposuit; & palpebris, ac den  
so vallo providè sepsit tot tunicis, atque humoribus,  
ut thoracibus undique munivit, ne externa ulla vis  
noceret; in ipso verò oculo, est pupilla, ut gemma in  
annulo; ut flos pretii, & dignitatis; & lucido illo in  
orbe, ut sol quidam luminis author, cum præcipua vi  
dendi vis in pupilla insideat. Audiamus nunc Deum,  
ore Vatis loquentem (b) *Qui tetigerit vos, tangit pu  
pilla oculi mei.* Lædi justi non possunt, quin Dei  
cies, & pupilla cara sentiat, & quasi vulneretur. Quis  
corvus de torrente effodere hos oculos queat? Ul  
lane tanta est cuiusquam, tamque potens impoten  
tiæ, sive in mortalibus calamitosis, sive in Inferis de  
nebris, ut hanc pupillam possit attingere, aut ho  
mines lædere, quos æquè, ac pupillâ suam tuerur? In  
magno Providentiae oculo, & naturâ Dei, ut pupilla,  
est pretiosissimum quoddam, & longè carissimum,  
illa benigna misericordia, & æternus amor, quo  
nos prosequitur. Addo ad humanissimam hanc  
Dei

(a) *Deut. 32.10.* (b) *Zachar. 2.8.*

Septemb.

Tessera.

701

Dei amantis providentiam illustrandam , in pretiosa illius pupilla nos omnes , ut pupillos contineri , nec pium ullum lædi , aut violari posse , nisi Divina ipsa pupilla violetur . Sumus enim expressæ illius imagines semper in oculis perlucentes , ut nostri obliviscinon queat , semper amet . Quām ergo , debet Deo disciplere sic amanti , non redamari ? Rectè enim Poeta :

*Illi pœna datur , qui semper amat , nec amatur .*

### 5. DIES SEPTEMB.

Ubi adest Christus , aranea , murus est ; ubi abest Christus , murus , aranea est . *Sanctus Paulinus de S. Felice.*

Dissiden-  
tia sui.

**Q**ui confidit Deo , diffidit sibi . Quomodo potes tibi fidere , cùm sis ipsa , quæ labitur fragilitas ; quæ delinquit pravitas ; quæ evanescit inanitas ? Rectè fidis Christo ; quo præsente , nihil tam est infirmum , quod hominem non confirmet ; quo absente , nihil tam est validum , quod non infirmetur . Tolle gratiam Christi , jam destitueris , quâ anteâ nitebaris basi : nisi enim Gratiae præsidio muniaris , expers mortiferi criminis diu esse non vales . Causa est , contumacia rationis ægrè Deo subjectæ ; ex qua consequitur , ut à Deo , & recto sæpius declinet , præoccupatis cupiditatibus in transversum abrepta ; quæ licet , possint altiore Rationis attentæ judicio frangi ; tamen , cùm hujus attentionis præsentiam multa divellant , ac dissident , fieri non potest , ut vitiosæ , ac in malum propensæ voluntati obscurata , & debilis ratio diu relugetur : nisi **D**ivinæ antidoto gratiæ retineatur in officio erga